63

COMMUN
IN
DE
BE

DE ANGE

A

OMnia

Samar

I

Samar

C

Atqve

In

Adduct

Q

Hos pue

Cl

Solvito

Ine

Dixerat:

Ad

COMMUNITATIS PHILOSOPHICÆ IN ACADEMIA LIPSIENSI DECANUS

BENIVOLOS LECTORES
Ad pronunciationem LATINI

DE ANGELO TUTELARI STUDIOSORUM CARMINIS

Ad XXIII. Octob. in Majori Princ. Collegio.
humaniſsime vult invitatos.

OMnia cum cingat vigil ales noſtra Jehovæ,
Præſidio doctis qvis neget eſſe ſcholis?
Samariam infeſtis trepidantem obſederat armis
Rex Syriæ, variis uſus ad iſta dolis,
Samariæ hos dominus cunctos intercipit aſtus,
Conſilio vatis tutus & ammonitu.
Atqve hoc dum Syrus ê ſervo cognoſcit, Eliſæ,
Incenſus Furiis, vincla necemq; parat:
Adductumqve virum turmas dimittit eqvosqve,
Qvi cingant Dothanam, tecta ubi vatis erant.
Hos puer ut vidit, narrat mox viſa magiſtro,
Clamans cum domino ſe periiſſe ſuo.
Solvito corde metum: Major nam copia, vates
Inqvit, pro noſtro militat ecce grege.
Dixerat: Ignitos currus videt ille virosqve,
Addiderat Dothanæ qvos Deus ipſe ſuæ.
At turba [illegible] cæcutit lumine capta,
Capta animô, tenebras objiciente DEO:
Et jam nec Dothanam, neqve vatem agnoſcit, & intra
Mœnia Samariæ ducitur, apta neci.
Scilicèt hæc nobis Dothana eſt Academia: vates,
Qvi docet hîc: diſcens, qvod docet ille, Puer;
Hoſtiles turmæ, Satanæ furibunda caterva:
Igniti currus, aliger ille chorus.
Hic nos vim contra Satanæ fraudesqve tuetur,
Cumqve ſumus viſi jam periiſſe, levat.
Atqve hæc egregius Juvenis Clariisqve politus
Artibus, in numeros nempe redacta canet
KOENIUS, has noſtras Lubecâ miſſus Athenas,
Cras, octava ortum cum feret hora diem.
Tu qvi Magnifico regis iſthæc pulpita nutu
Adſis doctorum cum grege, qvæſo, virûm:
Atqve auſus Juvenis profer rumore ſecundô.
Junget ſe pubes obſeqvioſa Tibi.
Hujus enim recitator aget tum carmine cauſam,
Angelico & tutam præſidio eſſe feret.
At Dothanam hanc noſtram Geniorum exercitus ille
Porrò beet, porrò cingat utrinqve ſcholam!

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-87303-p0002-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-87303-p0003-7

COMMUNITATIS PHILOSOPHICÆ
IN ACADEMIA LIPSIENSI
DECANUS

BENIVOLOS LECTORES
Ad prom…
DE ANGELO TU… IOSORUM
CA…
Ad XXIII. O…
human…

OMnia cum cing… e,
Præſidio c… is?
Samariam infe… at armis
Rex Syriæ…
Samariæ hos do… t aſtus,
Conſilio v…
Atqve hoc dum… Eliſæ,
Incenſus F… rat:
Adductumqve v… osqve,
Qvi cingan… atis erant.
Hos puer ut vidi… tro,
Clamans cu… io.
Solvito corde m…, vates
Inqvit, pro… ge.
Dixerat: Ignito… qve,
Addiderat… ſuæ.
At turba nominis…
Capta anim… DEO:
Et jam nec Dotha… cit, & intra
Mœnia San…
Scilicet hæc nobi… vates,
Qvi docet l… ille, Puer:
Hoſtiles turmæ,… :
Igniti curru…
Hic nos vim con… etur,
Cumqve ſu… t.
Atqve hæc egregius Juvenis Clariisqve politus
Artibus, in numeros nempe redacta canet,
KOENIUS, has noſtras Lubecâ miſſus Athenas,
Cras, octava ortum cum feret hora diem.
Tu qvi Magnifico regis iſthæc pulpita nutu
Adſis doctorum cum grege, qvæſo, virûm:
Atqve auſus Juvenis profer rumore ſecundô.
Junget ſe pubes obſeqvioſa Tibi.
Hujus enim recitator aget tum carmine cauſam,
Angelico & tutam præſidio eſſe feret.
At Dothanam hanc noſtram Geniorum exercitus ille
Porrò beet, porrò cingat utrinqve ſcholam!